



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Mutilare

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

*Minimè ve-
ro, si nò de-
dit causam
Quamuis
odit de-
nere tenen-
tur.*

& rancorem deponere, non tamen illi remissionem facere iniuriarum; nam si, vt ait Villalobos *tomo 2. tract. 3. diff. 6. num. 11.* possumus in iudicio satisfactionem iuste petere ab amico, cur non etiam ab inimico? Equidem Deus remittit quidem nobis culpas in Sacramento Pœnitentiæ, at exigit satisfactionem in hac vita, vel in Purgatorio. Aduertit tamen, moraliter loquendo, nunquam accidere, quod læsus omnino odium deserat, & nolit inimico remissionem petenti remittere pœnam decollationis, &c. nisi iudicialis inimici vindicta esset necessaria ad reparandum decus suæ familiaris *parte 1. tractat. 3. resolutione 103.* Vide hac de re *pluraparte 9. tractat. 6. resolutione 20.*

MUNERA.

*Ministri
ecclesiastici
incurrunt in
censuram
accipientes
munera.*

1. Gubernatores, Iudices, & ministri Ecclesiastici; Ciuitatum, si subditis munera accipiant, incurrunt in excommunicationem Pontificis, sed si post officium restituant dantibus, & illi iterum donabunt, non incurrunt, accipientes, Diana, & alij *part. 9 tract. 8. res. 42.*

MUTILARE.

*Quid mu-
tilare? quid
membrum*

1. Mutilare dicitur, qui aliquod humanum membrum abscindit, seu aliquam corporis partem, quæ proprium habet officium distinctum ab alijs, vt sunt oculus, manus, pes, auris, membrum virile, &c. non autem dentes, testes, labia, barba, capilli, &c. item nec digitus, aut cartilago auris. Maximè tamen mammilla: Vide *v. Irregularitas ex mutilatione*, vbi inuenies, quibus in casibus mutilans irregularitatem incurrat.

Est illicitum 2. Per se illicitum est mutilare, etiam mutilare, seipsum. Licitum tamen est, quando est *si quis. Nisi* necessarium ad salutem totius corporis,

non solum, vt ait Soto *lib. 5. quest. 2. art. 1.* si illi malum imminet ab intrinseco, puta morfu viperæ, cancro, &c. sed etiam contra ipsum, si imminet ab extrinseco, vt si Tyrannus velit quem occidere, nisi sibi manum eripiat. Ita Malderus *in 2. 2. tract. 3. c. 1. dub. 10.* Immo ego puto cum Mendoza *tr. 2. disp. 170. sect. 5. §. 11. 6.* quod si is non possit, aut non audeat se lecare, possit id facere alius ex eius consensu. Licet quoque est ligato, propriam manum, vel pedem abscindere, vt per fugam imminet mortem euadat. Et ratio horum omnium est, quia homini vt gubernatori sui corporis licet de membris disponere, prout ratio totius, ad quod ordinantur, postulat. Ita Tannestus *3. in 2. 2. disp. 4. q. 8. dub. 5. n. 100. p. 5. tr. 4. res. 32. Et p. 11. tr. 1. res. 23.*

3. Nota etiam, quod homo tenetur Et si id mittere sibi membrum secari, si id disci inducit medici iudicent necessarium, nec mag- necessarium, ni dolores sint perferendi: nam si ingen- tentur in- tes cruciatu perferendi essent, vt in de- firmi mu- positione tibia, &c. non teneretur, quia rilationem nemo tenetur vitam suam: cū tanto cru- perpeti, nisi ciatu seruare. Nec si esse Religiosus, te- magnopere neretur id permittere, etiam si Superior cruciandus in virtute obedientiæ præciperet. Ita forest. Leslius *lib. 2. c. 9. n. 96.* qui in vno casu hæc sententiam limitat, nisi vita alicuius censetur necessaria bono communi; nam tunc teneretur, & cogi posset à Republica. *ibid §. Norandum.*

4. An pater castrate possit filium consentientem, vt voce, & cantu Ecclesiæ inseruiat. Vide *V. Pater, num. 1.* Certum est non licere semetipsum vocis, aut continentie causa castrate, quia hæc seruari potest sine præcisione; si autem illicitum est castrare se propter bonum spirituale animæ, vt de cernitur *emerium, dist. 33* à fortiori illicitum erit idem facere propter bonum temporale aut vocem. *p. 11. tr. 1. res. 23.* & Pasqualigus alijque (inter quos: enim Caramuel) diuersum tenentes malè Theologizant.

MUTILARE.